Conchitæ valvis inæqualibus,

ideſt, quorum valvæ ſuperiores ſemper ab inferioribus differunt, Anomali dicti. Müſchlen-Stein mit ungleichen ſchalen, ungleichförmige Müſchel-Stein genannt.

Hi ſunt vel Regulares, vel Irregulares. Conchitæ Anomali regulares ſunt, quorum valvæ ſuperiores, et inferiores in eodem genere ſemper ſibi ſimiles ſunt, ut in Pectinaſtritis, Capulitis, ſeu Hauſtritis &c.

Conchitæ Anomali irregulares ſunt, quorum valvæ ſuperiores ipſæ, ipſæque inferiores in eodem genere inter ſe ipſas quandoque etiam differunt, uti obſervatur in Oſtreitis, ſeu Oſtracitis, &c.

Conchitæ Anomali, Regulares.

Pectinaſtritæ. Die Jacobs-Müſchlen-Stein.

Pectinaſtrites Hildeſheimenſis cum Pectinite inverſo ei inhærente, è Saxonia. Mercat. Metall. pag. 298.



Pectinaſtroites, umbone cardinem auritum magnitudine longè excedente, per medium ſulcatus et ſtriatus, ſtriis tenuiſſimis Norimbergenſis. Merc. Met. p. 292.

NATURHISTORISCHES MUSEUM DES CANTONS LUZERN

11b